



TRACTA

TVS OPVS MVLIERVVM

ET LVDVS PVERORVM DICTVS

incipit faustæ.

O Peris processio dicitur omne opus mulierum & ludus puerorum, Post ingressum operis continuat subtilis indigator nature diuæ progressum. Verba ergo ista non fabulosa sunt nec contēptu digna, imo verba ista sic attendas quod te non decipiant antiquorum librorum textus, qui verba nonnunquam transponunt vt inquit Apuleius philosophus in libro de secretis naturæ.

Debet autem triplex ludus puerorum præcedere opus mulierum. Pueri enim ludunt in tribus rebus. Primo cum muneris frequenter vœtustissimis. Secundo cum vrina. Tertio cum carbonibus. Primus ludus materiam lapidis ministrat.

Secundus ludus animam augmentat.

Tertius ludus corpus ad vitam præparat: Ex flore nãq; sanguinis fit, sal petra, cum primo ludo puerorum. Quo facto restat ipsum animare, & frequenter cum suo compari in aquam soluere, cum duobus, alijs puerorum ludis, qui necessarij sunt, vsq; ad tertium calorem nostri elixiris in opere

*Sanguis sal
petur.*

ll iij